

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Vtilitas b
cum fontibus proximo et primo

Hec dicta sunt de sermone, de uirtute, de pecuniis,
de omni dispensatione, que unicuique commissa est.

Vnumquemque enim ad communem utilitatem uti oportet hiis,
que habet, siue sapientia, siue principatu, siue diuiciis,

non ad nocumentum conseruorum.

Crisostomus super illud Matthei XXIII.:
Beatus seruus et cetera.

Chrysost.

Haec dicta sunt de sermone, de uirtute, de pecuniis,
et de omni dispensatione, que unicuique commissa est.

Vnumquemque enim ad communem utilitatem, uti oportet his,
que habet, siue sapientia, siue principatu, siue diuitiis,

non ad nocumentum conseruorum.

Hugo de sancto Charo, *Postilla in Evangelium secundum
Matthaeum*, 24 (Venice, 1754, *Opera omnia*, tome 6, fol.77va).

Hec autem non de pecuniis dicta sunt solum,
sed et de sermone, et de uirtute, et de pecuniis,
et de omni dispensatione que unicuique commissa est.

Hec et ad principes ciuiles adaptabitur utique parabola.

Vnumquemque enim quibus habet, ad communem utilitatem uti oportet,
et si sapientiam habueris, et si principatum, et si diuitias,
et si aliud quodcunque,

non ad nocumentum conseruorum.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae interpretatione
Burgundio*, 77 (Biblioteca apostolica Vaticana, MS Vat. lat. 383,
fol.244va, ll.29-38).